

## ASTERIUS Sophistes († post 341)

IN PSALMUM XIII<sup>1</sup>

<sup>PG</sup>  
<sup>55, 555</sup> 4. [...] Ἰωάννης γυμνὸς ἀναχωρεῖ, Πέτρος ἀρνεῖται, οἱ μαθηταὶ φεύγουσι, τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τὴν ψυχὴν ἡ βομφαία τῆς ἀμφιβολίας διέρχεται. [...] Καὶ ἐπληροῦτο τό· «Δικαιοσύνη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν». Ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁ Χριστός· «Ἀλήθεια ἐκ τῆς γῆς ἀνέτειλεν»· ἐκ τῆς παρθένου ὁ Κύριος.

<sup>PG</sup>  
<sup>55, 555</sup> 4. [...] Ioannes nudus recedit, Petrus negat, discipuli fugiunt: 205  
ipsius Mariae matris animam gladius dubitationis pertransit. [...] Et impletum est illud, *Iustitia de caelo prospexit*.<sup>2</sup> Ex Patre Christus,  
*Veritas e terra orta est*: Dominus ex virgine.

## S. APHRAHAT Syrus († ca 345)

DEMONSTRATIONES<sup>3</sup>

<sup>PS</sup>  
<sup>I, 130</sup> Demonstr. III, 14. [...] Sicut autem in oratione ieunii eius ad 206  
istum venit, ita quoque Zachariae preces ille Gabriel Deo repre-  
sentavit, quando Iohannis nuntiavit ei nativitatem. Ait enim ei:  
*Exaudita est deprecation tua ante Deum*.<sup>4</sup> Item et Mariae preces obtulit  
Deo, eique Christi nativitatem evangelizavit, dicens: *Invenisti gra-  
tiam ante Deum*.<sup>5</sup> \* Neque aliter invenit Maria gratiam, nisi ieunio  
et oratione sua.

<sup>PS</sup>  
<sup>I, 418</sup> Demonstr. IX, 5. Hi sunt humilitatis amatores, qui perfectam 207  
concordiam cum omnibus servant. Humiles filii sunt Altissimi et  
fratres Christi, qui, postquam adnuntiatus est, ad nos, pacis gratia,  
venit, eumque Maria propter humilitatem suam suscepit. Cum enim  
Mariam beatissimam Gabriel evangelizavit, ita dixit: *Pax tibi, bene-  
dicta inter mulieres*.<sup>6</sup> Pacem ergo Gabriel sumpsit, Fructum bene-  
dictum detulit, dilectaque Proles in Maria seminata est. Illa autem

<sup>1</sup> Exstat inter *spuria* Chrysostomi, sed est Asterii Soph. Cf. Lau 162.

<sup>2</sup> Ps. LXXXIV, 12.

<sup>3</sup> «Demonstrationes» editae uti «Sermones S.P.N. Iacobi Nisibeni», Roma 1756, a Nicolao Antonello, sunt S. Aphrahat Syri. Cf. G. RICCIOTTI: *Afrate*, in «En. Catt.», vol. I, 377.

<sup>4</sup> Le. I, 13.

<sup>5</sup> Le. I, 30.

<sup>6</sup> Le. I, 28.